



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensiſ Princeps ||
Elector, &c.**

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

Notatio ad Caput Trigesimum quintum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

tum annoratum non fuit, sicut & alia multa, quæ propterea hodie
 A ignorantur. NB multi-
 tudo mira-
 culorum.

Notatio ad Caput Trigesimumquintum.

Manuscriptus ait, mulierem hanc in platea Strickgasse
 habitasse, & audito quod Dominus ENGELBERTVS pro-
 pter pacis conseruationem occisus est, & quod anima eius propter Mar-
 tyrium in pace quiesceret, ad sepulchrum eius venisse.

Caput Trigesimum sextum.

B De Muliere à paralyse curata.

FŒMINA quædam miserandum in modum contracta annis qua-
 tuor & mensibus lex, Coloniam adducta, & apud martyris tumu-
 lum deposita, cum ad duas horas precata esset martyrem, paulatim se
 subrexit, & interim neruos laxari sensit. Tandem nullius freta admini-
 culo, pedibus suis redijt in pagum suum, vbi que martyrem laude &
 prædicatione efferens. Contracta
 restituitur.

c Notatio ad Caput Trigesimum sextum.

Manuscriptus ita eius narrationem inchoat: Venit & alia
 mulier Eueza nomine de Villa qua Belle vocatur iuxta lacum
 claustrum monachorum &c. quibus verbis Lacensis pagus ab a-
 lijs eiusdem nominis prope Co-
 loniam distinguitur: *Cæsarius*
lib. 9. dial. cap. 65. Iuxta, inquit, Co-
loniam in villa qua Belle vocatur &c.

NB. Ab hac nomen suum mu-
 tuantur Domini in Flarsem &
 Montis B. Lufftildis, alique de
 nobilissima gente Schalliorum
 à Bell, quorum alias ego origi-
 nem & signum ex Vbia Roma-
 na antiquitate erui.



Bell.
 Schall à
 Bell.

Caput